factus sum pellicano solitudinis
factus sum sicut nycticorax in do
micilio. Vigilavi et factus sum si
cut passer solitarius in tecto. To
ta die exprobrabant mihi inimici mei
et qui laudabant me adversum
me iurabant. Quia cinerem
tanquam panem manducabam et
poculum meum cum fletu misce
bam. A facie ire indignationis
tue quia elevans allisisti me.
Dies mei sicut umbra declina
verunt et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum per
manes et memoriale tuum in ge
neratione et generationem. Tu
exurgens domine misereberis syon.